

A gyoroki reformátusok 1768. május 4-én kérvényezték az uralkodótól, hogy a templomukat felújíthassák (00585. rekord). A helytartótanács vallásügyi bizottságának iratai között ezzel kapcsolatban maradtak fenn iratok: Balassa Ferenc 1769. január 20-án keltezett határozata, valamint Aszaly Imre 1769. január 26-án és október 2-án keltezett tájékoztatása, amelyben a csanádi püspököt értesíti a helytartótanács állásfoglalásáról. A helytartótanács hiányolta Arad vármegye állásfoglalását, és részletes tájékoztatást kért a gyoroki reformátusokról.

[fol. 9r] Anno 1769. die 20-a Jan[uarii] celebratur commissio in negotio religionis ordinata, praeside ill[ustrissi]mo d[omi]no I[ber] b[aro] Fran[cisco] Balassa, praesentib[us] ill[ustrissi]mo ac r[evere]nd[issi]mo d[omino] comite Fran[cisco] Berchtoldt ep[isco]po Novien[si], ill[ustrissi]mo d[omino] comite Josepho Csáky, sp[ecta]bili d[omi]no Antonio Sanzka[?], Emerico Németh concipista.

Sacra et apostolica sua ma[jes]t[ate] incolarum Gyorokiensium pro admittenda reformatam et ruinae jam mancipatam ecclesiam renovandi facultate supplicantium instantiam fine copiendae, et cum voto submittendae informationis excelso consilio locumt[enen]t[ia]li regio transmittente, abhinc vero cum comitatu Aradiensis et d[omi]no dioecetano Csanádiensi communicata existente. Praefatus d[omi]nus dioecetanus die 12-a Julii anno transacto rescripsit: p[rae]fatum Aradiensem co[m]m[un]it[at]um ad g[ene]rales congregationes Csanádienses jam ab aliquo tempore officiales suos non misisse adeoque nec semet cointelligenter habere potuisse, pro officio autem suo pastorali melius fore semet judicare, si d[omi]nus Edlspacher reformatos in d[omi]nio suo Gyrok existentes cum aliunde uti sibi constat, pauci sint, potius extirpare et ipsorum loco catholicos impopulare admitteretur subjungit his, se nunquam iudicasse, nec ab aliis, quot eatenus consuluit audivisse reformatos Gyrokientes ecclesiam suam unquam habuisse.

Votum: Censeret commissio haec p[rae]fato d[omi]no episcopo Csanádiensi reintimandum, quatenus in conformitate intimati, de 23-a Maii anno superiore hoc in merito [fol. 9v] expediti, cointelligenter semet cum co[m]m[un]it[at]u Aradiensis habendo, pro actu investigationis, circa statum oratorii Gyrokiensis peragendae hominem suum dioecetanus deputet, et si circa relationem per eundem sibi referendam quaequam meritoriae reflexiones sibi occurrerint, easdem ex[celsio] consilio repraesentet.

Baro Franciscus Balassa mp.

[fol. 10r] [üres]

[fol. 10v] Praesent[atus] 26-ta Jan. 1769, ead[em] rel[ationem]

Protocollum commissionis religionis die 20-a Januarii 1769 celebratae, circa investigationem intuitu ecclesiae helv[eticae] confessioni addictorum Gyrokiensium peragendam

Ad Lad. H. Fasc. 29. relig.

[fol. 11r] Ex prot[ocollo] commis[sione] relig[ioni] 20-a Jan[uarii] 1769.

Excell[entissi]mo d[omino] ep[isco]po Csanádien[si]

Idea, quae excellentia v[est]ra circa ecclesiam helv[eticae] confessioni addictorum Gyrokiensium, die 12-a Julii anno posterius transacto 1768 isthuc repraesentavit, eidem excellentiae v[est]rae reintimat consilium hoc l[ocum]tenentia]le regium, quatenus in conformitate intimati, die 23-a Maii anno superiore hoc in merito expediti, cointelligenter semet cum

co[m]it[atu] Aradiensis habenda, pro actu investigationis, circa statum oratorii ejusdem Gyrokiensis peragenda, hominem suum dioecesanum investigationi huic adfuturum deputare, et si circa relationem per eundem sibi referendam quae[m] meritorio reflexiones occurrerint, easdem consilio hinc locumt[enent]i[ia]li regio repraesentare velit eadem excellentiae v[est]ra.

Datum Posonii die 26-a Jan[uarii] 1769.

[fol. 11v] 26. Jan. 1769.

Episcopo Csanádiensi reintimatur, ut cum comitatu Aradiensis cointelligenter semet habendo pro peragenda de statu oratorii Gyrokiensis investigatione hominem dioecesanum deputet, et occurrentes ne fors reflexiones suas rep[re]sentet.

Ad Lad. H. Fasc. 29. Relig.

[fol. 12r] Ex Consilio 2-ae Octobris 1769. et ex serie monendum

Ep[is]co Csanádiensi

Meminerit ed[...ia] qualiter nam eidem circa ecclesiam h[el]veticae c[on]fessionis addictorum Gyrokiensium sub die 26-a ulterio p[rae]teriti mensis Januarii ulterius abhinc intimatum fuerit: quatenus in conformitate intimati alterius die 23-a Maii a[nn]o superiore hoc in merito expediti, cointelligenter semet cum c[om]it[atu] Aradiensis habendo, pro actu investigationis circa statum oratorii ejusdem Gyrokiensis peragenda hominum suum dioecesanum investigationi huic adfuturum deputare, et si circa relationem per eundem sibi referendam quae[m] meritoriae ed[...ia] occurrerint reflexiones, easdem [...] repraesentare velit.

Quo in negotio nulla [...] superveniente ed[...ia] relatione, ad [...] p[rae]citati intimati effectum submittendamque p[rae]desideratam informationem eandem hisce serio reflecti. Datum ut supra.

Die et a[nn]o p[rae]notato appositus per secret[arium] A. Szalay mp.

Die 9. ejusdem recipes per con[...] mp.

Expediaturus Pálffy mp.

[fol. 12v] 3942 2-da Octobr[is] 1769.

D[ominus] ep[is]copus Csanádiensis ad intimatum posterius sub 26-a Januarii a[nn]i c[ur]rentis expeditum reflectitur, ut circa statum oratorii h[el]veticae confessionis incolarum Gyrokiensium in co[m]it[atu] Aradiensis degentium, desideratam informationem submittat.

Ad Lad. H. Fasc. 29. Relig.